Quod bonum felixq̄ fauſtumq̄
ſit novi anni auſpicium
in gloriam CHRI et Ec=
cleſiæ ſuæ ſalutem &
confuſionem Satanæ
et ſuorum

KGL. ÖFFENTL. BIBLIOTHEK DRESDEN

Prima die Januarij anno 1538 Doctor Martinus Geor=
gium Krauß in templi Sacriſtiam vocatum acriter examinavit,
qui mira p̄ſumptione ſeipſum execravit in literis ad optimum amicum
ſuum ſcriptis, Wen ihm CHRUS das himmelreich anbote,
noch wolde ers zu dieſer ſtund nicht annemen, quam
vellet in iſto articulo cum Luthero ſentire. Hæ literæ cum
ad Electorem ab illius amico p̄veniſſent Doctori Luthero traditæ
ſunt, una cum mandato ſeveriſſimo, ut incarceraretur in arce.
Sed Doctor Lutherus eum prius in Sacriſtia examinavit. Deinde
a q̄ſtore p̄henſus ductus eſt in carceres contra oīa univerſitatis
privilegia. Deinde primo Februarij ex carceribus dimiſſus eſt,
beſtrickt in ſuo Vaporario intercedente Martino Luthero.
Deinde domi ſuſpirans Doctor dixit Quanta eſt mundi p̄ſump=
tio et ſecuritas, quicq̄d aliq̄d eſt hoc audet CHRO inſultare,
et plantam contra illum extollere. Es wirdt noch beſſer
werden, der Epicuriſmus wirdt mit gewalt auffkomen.
Nam ille mundus verbi contemptor, nihil aliud eſt q̄ p̄paratio
Epicuriſmi ante extremum diem, qui neq̄ deum neq̄ aliam vi=
tam credit. Nonne hoc horrendum eſt in populo dei eſſe tu=